



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Dispvtatio Theologica Contra abominandum Missæ  
pontificiæ sacrificium**

**Heerbrand, Jakob  
Mylius, Georg**

**Tubingæ**

**VD16 H 1030**

Theatricæ, Et Histrionicæ Missæ Pontificiæ Descriptio, Ex Sleidani libro 21.  
sub initiam anni 1550.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-36549**

DISPUTATIO CONTRA

1. Cor. 10. 17. **f**oliverbis manifestis, qui disertē etiam in ipsa actione  
panem aliquoties & vinum appellat. Sicut & erudita an-  
tiquitas sensit & scripsit, cuius alibi collegimus testimoniū  
Spongianū numero  
66. & sequent.  
Theodoret. Dia. 1.  
  
August. sermone  
ad Neophytos.

Et soli verbis manifestis, qui disertē etiam in ipsa actione panem aliquoties & vinum appellat. Sicut & erudita antiquitas sensit & scripsit, cuius alibi collegimus testimonia plura: Hic vnum aut alterum addere libuit. Theodore retus sic scribit: Qui enim naturale corpus suum frumentum, & panē vocauit, atq; ita seipsum vitē nominauit idem ipse etiam quae videntur symbola, corporis & sanguinis sui appellatione honorauit: NON E Q VI DE NATVRAM IPSAM TRANSMVTANS, sed adiiciens gratiam naturae. Et iterum ibidem: Neq; enim signa mystica post sanctificationem recedunt à sua natura. MANENT IN PRIORI SVA SVBSTANTIA, & figura, & forma, & video & tangi possunt, sicut & prius. Et D. Augustinus: Hoc accipite IN PANE, quod pependit in cruce, & hoc accipite IN CALICE, quod effusum est de Christi latere. Epiphanius. Et quidem PANIS cibus sed IN PANE est efficacia ad viuificationem.

THEATRICÆ, ET HISTRIONICÆ  
MISSÆ PONTIFICIÆ DESCRIPTIO, EX  
Sleidani libro 21. sub initiam anni 1550.

Ingens autem erat hominum concursus (Argentina cum sub Interim prima celebraretur Missa) maximè inuentutis. Nam his omnibus, nouum erat spectaculum, & inauditum: Multos ibi, raso vertice, nouo genere vestitus, cantare simul, que nemo intelligat. Cæreos atq; lapides ardere in ipsa, quod dicitur, meridie, fumigantes, atq; suffitus excitari thuribulis, sacrificum astante cum ministris ad aram, pronunciare omnia sermone per regni

MISSAM PONTIPITIAM.

regrino, varijs vti geniculationibus atq; gestib; inclinari strictis manib; modo distendere, modo reducere brachia, subinde sese conuertere, nunc esse clamosum, nunc magno silentio quædam demurmurare, suspicere in altum, esse pronum, consistere non yno loco, nunc in dextram, nunc in leuam partem altaris comigrare, micare digitis, inhalare in calicem, eumq; tollere in sublime, postea reponere, certis locis nominare, nunc viuos, nunc Omisit hic: panem mortuos, panem azymum frangere, & in calicem immit magice in Deum tere, pectus ferire pugno, suspirare, clavis oculis repræ- transformatum, sentare somnum, rursus expurgisci, manducare partem deinde eleutatum spectatoribus ad- vnam panis, alteram haurire cum vino totam, ne qua gutta orandum mons tula remaneat, abluere manus, patellam deauratam, auerstrare, sum, extenso brachio, demonstrare populo, admouere e- andem fronti, atq; pectori, deosculari nunc al- tare, nunc imagunculam, materiæ, vel metallo inclusam &c,

FINIS.